
SG

RECUEIL FACTICE
ORATIONES
PANEGYRICI
DIALOGISMI
EPITHALAMIUM
EXHORTATORIA
MOSCOVITARIUM
RELIGIO.

1495-1619





1 Oratio habita Bononie . 1507 .

2 Oratio in coronatione ferdinandi regis . 1527

3 De Christiani orbis concordia panegiricus 1540

4 Dialogismi Heroinarum . a petro nannio 15[illegible]

5 Oratio ut succurratur Rhodiis militibus . 1523

6 Oratio de militie laudibus . Basileae 1518

1519 7 Oratio in laudem matrimonii ~~[illegible]~~ Tunstallo 1519

8 Epithalamium per Jasonem Mayneum paris 1495

9 Oratio in electione pontificis ad Romanos .

10 Exhortatoria ad Adrianum ut Romam veniat .

11 De modo diuitiis adhibendo oratio . 1540

~~[illegible]~~

12 panegyricus ad Cardinalem scotum . 1540

13 Moscouitarum Religio . 1526 .

Recueil dépouillé

ORATIO AD ROMANOS PER BAPTISTAM PIZACHARVM IN ELECTIONE PONTIFICIS.

BAPTISTAE PIZACHARI IN ELECTIONE NOVI PONTIFICIS AD QVIRITES ORATIO.



I DIES aliquando huic Vrbi Imperioque Romano iucundissimus Quirites illuxit, si aliquod magnũ & immensum cõmodũ, si aliquam uobis unq̃ utilitatẽ à maioribus uestris acceptam laudastis, si supplicationes publice fieri iussistis, si gratias immortali deo, ob partam uobis uictoriã, ob acceptum triumphum aliquando dedistis: Cur hodie diuinum, ac cœlitus demissum Pastorem nostrum, qui secum salutem & libertatem omnium Christianorum Imperiiq; Romani affert, non laudemus, non summis laudibus extollimus? Electus est enim in summum Pontificem Hadrianus Cardinalis Dertusiensis, uir integerrimus, piissimus, prudentissimus, ac certe diuinus, qui nos uirtute sua ab imminentibus periculis, ac procellis, & tempestatibus omnibus liberabit. Verum pro Deum fidem, cur ego uos in tanta hilaritate tristes esse uideo? nec, ut par est, lætitiæ signa dare? An forsan quod absens electus fuerit

triſtemini? An uero dubitetis, quod uir iſte diui-nus, ac religioſiſſimus ueneranda limina Petri ui ſere, & deoſculari nolit? Quod hanc Vrbem alia-rum urbium reginam, ſedemq́ perpetuam Ro-manorum Pontificum reſpuat? Quod ſponſam ſuã, quod Patres ampliſſimos, & de ſe bene meritos fugiat? Quod hanc Curiam, iſtos Penates, uos oẽs deniq deſerat, mœſtos, triſtesq́ relinquat. Non faciet profecto, non faciet: nam ipſe quidẽ optime intelligit, hic ſuam eſſe ſedem, hic domi-cilium, regnum, ac imperiũ: Quare alacres eſto-te, menteſq ueſtras animumq́ erigite, & Deum laudate, ſtatim enim Regem & Paſtorem noſtrũ glorioſum, & triumphantem uidebimus, qui ſua uirtute dignitatem, & communem omniũ Chri-ſtianorum ſalutẽ, fortunaſq noſtras confirma-bit, augebitq́. Quapropter uos oro Quirites, attẽ te, dum ego de ſumma ſalute ueſtra diſputo, au-dite, neceſſariam, commodam, atq utilem fuiſſe hanc electionem, breuiter, ut potero, uobis oſten dam.

Si enim Deus maximus optimus, aliquando ob errata noſtra nauiculam Petri fluctuare permit-tit, illam tamen ſubmergi, nec in profundũ trahi penitus patitur, ſed illi opportune occurrit, diri-git, & in tutumq́ portum collocat. Quis enim ue ſtrum, Quirites, proximis diebus illam ſubuerti

non

nõ dubitauit, cum ſcilicet Gallorum Regem po-
tentiſſimũ uideremus bellum graue, & periculo-
ſum concitaſſe, oppida, urbeſq; ditioni Romanæ
ſubiectas inuaſiſſe, florentem exercitum habere,
Leonem Decimũ Paſtorem noſtrum optimum
laceſſere, & contra hanc Vrbem ſe accingere: &
licet ab ipſo Leone uno prælio fuſum & ſuperatũ
nihilominus adhuc imperantem, nouas copias,
nouos tumultus molientem, & iamiã nobis im-
minentem uidebamus, & hinc Venetos mari, ter
raq; potentiſſimos, illinc Ducem Ferrarię, & Frã
ciſcum Mariam Ruerem ſtrennuos uiros habere
mus inimicos. Certe nobis de uita, de fortunis,
de rerum ſtatu dubitandum fuit, & bellum ſuſce
ptum deteſtandum, Sedemq; hanc Romanam
penè collabentem intuebamur: multa profecto
occurrebant mala, multa patiebamur incõmoda,
exactiones, expilationes. Vrbemq; ipſam pecu-
niis adeo exhauſtam uidebamus, ut una omnes
pariter lamentationes, & querelas ederemus. Ne
gocia, uectigalia, cõmertia, ex quibus rebus Vrbs
iſta maxime conſtat, nobis eripiebantur, timidi,
ignaui, ac penè ſubmerſi uidebamur: Sed quid
ego iſta commemoro? non hoc tantũmodo perti
meſcendũ fuerat Quirites, quia tunc cum Chri-
ſtianis pugna erat: nec legi religioniq; noſtræ re-
pugnantibus. At nobis multo magis timendum

fuit immanissimus Turcarum Rex, nominis Christiani, & religionis uestræ acerrimus, & continuus hostis, qui quottidie tanquam Draco quidam cruentis dentibus, aspectu horrido, ac uenenato spiritu, huc, illuc circunspectans serpit, & cogitat: si quam urbem: si qua mœnia Christianorum penetret irrumpat, si quod malū cladem[que] afferat, si quos Christianos iugulet, pdat, ueneno inficiat. Qui cum modo ad debellandos Pannonas ingenti exercitu comparato accedere non timuisset, Belgradum oppidum munitissimum, ac Christianis maxime commodum ui & bello expugnauit, spoliauit, diripuit: ciues captiuos duxit: nec minus ad alias Pannoniorum urbes se accingit. Nō hęc solum molitur ille, sed & Italiæ urbe ruere, oppida euertere: uiros necare, hanc urbē, hanc ipsam Romam incendere, & nomen sanctissimum religionis nostrę penitus euertere quottidie minatur. Pro dii quis tātę inmanitati, tātę insolētiæ resistere & obstare potuisset, nisi Deus opt. max. de opportuno & necessario nobis remedio mō prouidisset? qui nobis obtulit sanctissimum Pontificē ac Pastorē, qui cum Carolo Cæsare max. & felicissimo Romanorum Imperatore cōiunctus est, qui illum à teneris annis sanctissimis pręceptis, & piis institutis, docte, sancte, pie[que] instituit, qui ipsum talē Imperatorē effecit: qualem se fore Pōtificem statu-

rat.

rat. O magne Carole Auguste, digne quidē tāto educatore & pręceptore: & o Pōtifex Max. digne tanto discipulo, q̄ bene, q̄ prouide Deus omnium effector diuinas has duas Principum mentes coniunxit, ut unanimes pariter uniuersum orbē regerent, tenerēt, & imperarēt: o fortunati am bo & felices diuino munere nobis in terris donati, ut aliquando nos incolumes seruaremur: o felix no stra hæc ætas, qui tales uidit Principes: o fortunati p opuli, qui subiecti tali Imperio regnatis. Ambigetis igitur Quirites, & dubitabitis ulteri⁹, nec uidebitis à Diis nobis necessarie uno die prouisum, & de Pastore sanctistimo, ac sapientissimo, & de Imperatore potentissimo & strennuo, qui pacatis Christianorum rebus, positisq; intestinis bellis, odiisq;, contra hanc immanem Belluam arma capient, uictores euadēt, ipseq;, ut spero, Turcarum Rex captus & debellatus tantoꝝ scelerū suoꝝ luet pœnas: nō colētur ulterius uana Maumeti simulacra, sed à tēplis & puluinaribus suis deturbata: igni cū donis suis ardebunt. Sic extincta malitia, & impietate compressa, reflorescet orbis, qui per tot sæcula bella, ærumnas detrimēta, calamitates, & miserias passus est. Videte igitur Quirites quam necessariam & oppurtunā nobis Deus opē obtulit, erepti enim sumus ex crudelissimo & miserrimo interitu, sine nostro sanguine

ſine cæde, ſine dimicatione: ipſe enim ſua auctori rate bella à ceruicibus noſtris ſummouet, ipſo du ce uicimus, ipſo cuſtode regnamus. Neceſſariã igitur fuiſſe hanc electionem audiſtis: modo quã commoda, & ſalutaris futura ſit: quæſo diligen- ter attendite. Vigebat & adhuc uiget Quirites hæreſis illa nefanda & peſtifera Martini Luthe- ris hoſtis teterrimi nominis Chriſtiani, qui quo- tidie contra Romanam eccleſiam inſurgebat: cõ tra Pontificem, contra ſanctam Chriſti legem, contra apoſtolicam doctrinam, qui maligna ſem per & diabolica aduerſus Deum uerum inſecta- tio, uerba monſtruoſa atq; impia maligna mente fundebat, & ſeminabat, qui à ſyncero tramite fi dei & religionis: effuſis errorum nebulis, lubrica hominum corda perturbare, & à recta uia abdu- cere conabatur, qui ſemel extinctus uehementi- us tanq̃ hydra quædam, nouas uires compara- bat, acrius maledicebat, & Religionem noſtram tanto ſanguine partam, tantis calamitatibus au- ctam, totiens & ſacratiſſimis conciliis, & ſummo rum ac ſanctiſſimorum uirorum doctrinis reſti- tutam, & legibus ſanctiſſimis munitam, ſuper fir miſſimam petram poſitam atq; fundatam, præ- uaricator iſte, ac Bellua potius turbare & fundi- tus euertere conabatur: & licet ipſum tanq̃ mon- ſtrum aliquod atq; prodigiũ è finibus totius Ger

maniæ

maniæ ac Imperii, Carolus piissimus Imperator expulerit & eiecerit, dictaq́ꝫ sua ac scripta omnia tanquam peruersa, maligna, & impia, cremari iusserit: & per publicum edictum ipsum disiunctum diuulsumq́ꝫ à fidelibus Christianis publicarit, igni & aqua interdixerit, nihilominus in stultitia & prauitate sua gloriosus persistēs, in finibus Scitharum se se inclusit, & cum suis similibus adhuc latrare non desinit, nec censuris Pontificis, & Cęsaris minis deterritus, nec doctissimi & potentissimi Henrici regis Britanniæ eruditissimo & sanctissimo libro, quem contra istam belluam edidit, confusus, à quo optimis rationibus Lutheriana doctrina falsa esse ostenditur, ipsumq́ꝫ à uero tramite deuiare, res quidem digna Regi prudentissimo & sapientissimo, qua sibi immortalitatem cōparauit, & religionem Christi suis adeo rationibus firmauit, ut nullus unq̄ amplius contra illā ceruicem erigere, & in eam maledictis insurgere sit ausurus, cum nostris his diebus nostra hac ętate talem fuisse Regem nouerit, qui & strennue arma tractare, populos sapienter regere, religionēq́ꝫ acerrime defendere calluerit. Quid igitur amplius Luthere facies? quid dices? audebis ne modo cōtra uirum sanctum, Pastorem & Pontificē nobis modo diuinitus, ac cœlitus concessum, cōtra sacratissimum Imperatorem, ac doctissimum

 Henricum

Henricum Regem, uerba illa uenenata impiissi-
me euomere? desine doctrinam Christi insectare,
desine Pontifices sanctos, & Ro. ecclesiā lacesce-
re. Imperatorumq́ & Regum preceptis & sanctis-
simis institutis obedias & acquiescas, nā quo fugi
as, tutus tibi non est locus, & manus uindices eua
dere omnino nō poteris. Deus enim noster unam
doctrinam, unum dogma, unā ecclesiā, & unū pa-
store, caput, & principem omnium esse uoluit, il-
liq; plenissimā potestatē tradidit & cōcessit, oēs-
q; alios suæ potestati, quā tu impie denegas, sub-
iecit. At ista Lutheriana peruersitas, in hanc pau
latim subrepsit urbem Quirites, & peiora hic per
petrātur scelera, quam ille doceat & optet, omnia
enim negligentia & ambitione summorum uiro-
rum inquinata, deformata, & conturbata erant,
nullum decus nisi adumbratū religionis reperie-
batur, auctoritas legum conciderat, concessus or
dinum erat pollutus, iudicia perierant: Totus de
niq; ciuitatis, & sacrarum cerimoniarum status li
centia, delitiis, nefario scelere maculatus erat, dis
sensionibus & discordiis præcipites ibamus, libi-
dines & nephandæ ueneris inquinamenta exer-
centur, deteriore statu, in quo sumus, esse nō pos-
sumus, uitio & scelere opes acquirebātur, scurris,
histrionibus, helluonibus, ac hominibus crimini
bus inuolutis, maximas facultates, magistratus,
& am-

& amplissimas dignitates condonantur, & solus possidet, quod multorum esse deberet, omnia enim diuina & humana uexata, perturbata, & uiolata sunt Deus igitur ex alto suã miseratus ecclesiam, nobis opportune de Pastore, & Pontifice sanctissimo, piissimo, & religionis amantissimo prouidit, qui copiose, docte, & diligenter, cõtra sacrilegos, ac plurimorum sacerdotiorum detentores scripsit, & exẽplo sic fieri monstrauit, ipse equidẽ nisi unicã ecclesiã habere unquam uoluit, cũ plurimas habere, & obtinere potuisset. Quid enim sanctius, quam nec pecuniis sacra uendere, nec plurima sacerdotia obtinere, cum unus uix sufficiens, & idoneus sit, ad regendũ unius ecclesię subiectas hominũ animas? Videte igitur quam cõmoda, quam necessaria nobis, & reipublicę Christianę hæc fuerit electio, ad extirpãdã hanc Lutherianam multorum capitum belluam, ad leuandos nostræ religionis irrepentes errores, ad formandam religionem Christianam. O bone Deus, quam prouide, quam consulte nobiscum egisti, qui dedisti nobis uirum sanctũ, mansuetũ, & piũ, qui nos liberabit ab armis Gallorum, ab immanitate & crudelitate Turcarum, à uana Lutheri superstitione, & Christianam rempublicam reformabit, errores leuabit, malos puniet, bonos euehet & extollet. Quare ego Quirites, quo possum propensiori animo, ac uoce gratias pro cunctis Deo

immortali ago, cuius opera, decus huius Vrbis, ac totius orbis una nũc eſt reſtitutum, ut ſolo nomine ſanctiſſimi Paſtores, & Pontificis noſtri religio iam proſtrata, & quaſi abolita reuiuixerit. Quam commodam, ac neceſſariam fuerit hanc ipſam electionem, audiſtis modo Quirites, qualẽ nunc afferat utilitatem, ubertatemq́ quæſo aduertite, & attente (ut facitis) me audite.
Sublatis igitur tot bellorum turbinibus, Turcarumq́ rege ad ueram fidem conuerſo, & illius Imperio ad noſtram religionem ſubacto, rebuſq́ Italiæ pacatis, quos prouentus, quos redditus, quæ uectigalia, quos triumphos huic ueſtræ urbi creditis futuros eſſe? nam tota Germania unde ipſe originem trahit, apoſtolicæ & Romanæ ſedi obediet. Hiſpaniæ cui nunc imperat, & quam ſeditionibus agitatam, tam ſapienter ipſe in quietem reduxit, ſponte Imperii Ro. ſe ſubiiciet: Gallia uero, ob uirtutes, & ſanctitatis famam iugum non detractabit. Aſia eiectis ſimulacrorum ac idolorũ cultoribus: Græcia illa olim florentiſſima in libertatem redacta, & ad priſtinam religionem reſtituta, ad hanc Vrbem, ad hanc Sedem deuoluetur, huc hominum concurſus, huc mertium omnes comportationes fient, huc uectigalia ampliſſima deferentur, hic omnium fient linguarum cõmertia, iam omnes Quirites diuites, omnes felices eritis, ac

tis, ac

tis,ac beati omnes. Hilares ergo estote,& læti,de um laudate, nec pios hos Patres religionis & urbis cardines ulterius contumeliis lacessite, nam non discordia,non ambitu,non metu,non ui, nō odio,non largitione,sed unanimes illo spiritu diuino,qui ubi uult spirat,illuminati, & ducti Pontificem elegerunt,non spe largitionis, non pollicitationibus ullis,non pactionibus, uel mercede conducti,sed illecti hominis sanctimonia,doctrina,pietate,religione,iustitia,mãsuetudine,aliisq; uirtutibus, ac publico omnium sermone, nulla certe ducti uana, non ficta opinione, in eo enim nulla ullius criminis suspicio, nulla fraudis,nulla auaritiæ ac habendi sitis: rectissime igitur salutē nostram fortunas,coniuges,liberos,aras,templa libertatem,ac religionem commissa ac credita arbitramur,ad propagationem & augmentum huius Imperii nobis hic datus,qui ualet ingenio, uiribus,potentia,animi magnitudine,religione,pietate,grauitate,auctoritate,& gratia. O felicem illum diem,quando cum gaudio, cū summa omnium letitia,cum ingenti plausu, te Regem, te Pastorem nostrum in tuo hoc solio, in urbe hac tua acceperimus,& tibi obuiam exultans processerimus. Veni igitur Pater sancte ueni nec differas, te enim expetimus, te solum ex pectamus, in te non solum Vrbs,uerum tota Italia, ac omnes po

puli oculos cõuerterunt,te appellant,te laudant, te unũ desiderãt,in aduẽtu tuo omnia lęta,omnia tuta uidebuntur, omnia prospera, ac fortunata erunt,hoc enim regnum,haec sedes tua Pater beatissime,hic Petri & ecclesiæ sunt fundamẽta, hic totius religionis Christianæ,hic deniq; Imperiũ, tot hic pro Christo martyres ideo passi, tantus sparsus sanguis,tot corpora laniata, tot præterea supplicia, ac tormentorum genera inuenta, ut Christo eiusq; Vicario in terris sedem hanc fundarẽt,ut forma & ppetua permaneret. Hic hic te igit Pont.max.opt.hic te Patres,& S.P.Q.R.expectant,hic te gentium, ac nationum confluens multitudo. Veni desiderate, ueni uotis expetite omniũ,cito uenias oramus,hic lęta omnia, ridentia omnia offendes,nã iã Patres amplissimi omni studio,& apparatu se accingunt, ut uenienti tibi occurrant. Iam S.P.Q.R.uniuersus, iam omniũ confusa nationũ multitudo, iam undiq; collucẽt faces,& undiq; lęta incẽdia, iã machinę ad bombos dispositæ, omniaq; ad lętitiã publicã parata. Sed iam ut uidetis Quirites uenientẽ Pontificẽ ac Regẽ mihi uidere uidebar, & iã pro mænibus pro portis assistentẽ, lęto ac hilari animo nos esse moneo,cito enim, nec multo post, quod mõ augurabar Põtificis intuitu, ac pręsentia fruemini.

Dixi.

